



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. An ad collationem beneficiariorum, quorum provisio ad Capitulum spectat, vocandi sint etiam Capitulares absentes?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

*tium suscipere* &c. cum enim tam illa conditio quam hic modus ipsi collationi de jure in sit, nihil vitabit collationem, etiam si exprimat, cum tales collationes absolutæ sint, conditionem & modum, qui de jure inest, continent; aliter tamen de Summo Pontifice, conferente beneficia loquendum est, qui ratione supremæ suæ, & absolutæ potestatis, neque ab his conditionibus dependet, & conferre potest beneficia, tam absolute, quam conditionate &c.

## §. V.

*An possit beneficium novum onus imponi in collatione ejusdem?*

**S**pirituale onus, ex causa rationabili, potest imponere Episcopus cum consensu sui Capituli beneficio, dum vacat) ita ut quicumque beneficium obtinebit, ad onus hoc teneatur. *c. Significatum 11. h. 1. ad docendum Sacram Scripturam v. g. ad catechizandum, ad certa Sacra dicenda &c.* cum sit honestum onus, quod legitimâ auctoritate impositum, detractare non potest Beneficiarius) non tamen potest novum hoc onus imponere personæ beneficiari, per modum pacti, conditionis, modi &c. cum beneficia conferenda sint purè & absolute, nisi consuetudo aut statutum talis Ecclesiæ certis quibusdam conditionibus v. g. personam etiam obligare permittat. Potest tamen in casu, quo duo electi fuerunt ad eandem Dignitatem v. g. qui ad concordiam, & pacem tenendam in eundem Judicem compromiserunt, ut litem componeret, compromissarius talis uni adjudicare beneficium, cum hoc tamen onere Beneficiari, ut ex proventibus illius beneficii, certam pensionem, annuam alteri

parti, solvat, imponendo hoc onus beneficio, ita ut ad successorem in beneficio transeat, sed personæ Beneficiari, ita ut morte Beneficiari extingatur, ut ne videatur circa beneficium aliqua diminutio fuisse facta.

## §. VI.

*An ad collationem beneficiorum, quorum provisio ad Capitulum spectat, vocandi sint etiam Capitulares absentes?*

**V**ocandi quidem sunt, si committi fieri potest, ed quod non sit tantum remoti, ac commodè accessum possint. nisi consuetudo aliter habeat argu. *c. Cum in Ecclesiis 33. h. 1. in d. collationis* jus conferendi spectat ad collegium, consequenter singuli de collegio vocandi debent; quod si tamen collatio sit libera Collegio, sed necessaria, datum superioris v. g. facienda, non necesse, ut vocentur absentes, cessariò parendum sit illi mandatum, à majore parte congregati Capituli potest.

## SECTIO III.

*Quibus ius & potestas conferendi beneficia Ecclesiastica competat?*

## §. I.

*Quam potestatem habeat Summus Pontifex in conferendis beneficiis, & quibus modis ea conferri possit?*

**Q**uod Summus Pontifex omnibus beneficiis Ecclesiasticis, sive electis